exilij erroribus derelictos! video omnes conticere, ore obsessos
vos ambigenti succumbite: Facit hoc silentium vestrum et laeti-
tia quam in singulorum frontibus serenè blandientem conspicio
ut persuasum mihi omnino habeam, ingratas fore querelas inter
ridentis ~~naturae~~ naturae gaudia, inter Caelestium Spirituum
plausus inter Caelorum Reginae gloriam, trophaea, et singulares
triumphos. Quo circa condolent lachrimae facessant dolores
nil potest hodie Amor nisi laetari. evocata à nobis
hodie ô Virgo gloriosissima ut advocatae munere
fungatur abijt semel quotidie ad filios reditura sic
vapores à solis radijs attractos in pluvias liquescere conspi-
cimus, ad quarum reditus tellurem arentem reviviscere incipit
~~sic~~ sic diei fulgores occidunt seu ut naturae orientis
hic autumni delicias hyemis squalore obsequantur, ut suav-
iori affectu mortalium obtutus denuo recreent, itaque per-
orent nova silentij eloquentia animi sui doloribus
qui amoris leges nondum didicerant cum ô potius rei amatae
felicitatibus laetari quam proprijs damnis collacrimari, nos
Imperatricis Sanctissimae ~~trium~~ Triumphos, quos si non
contemplari, certe admirari licet contestabimur.